f *Quæro nunquid.)* Natt.conſ.499.nu.5. Decian.in tractat. crim.lib.4.c.17.nu.13. Farin.q.135.par.2.nu.79.& ante n.43. ac ibi ſparſim. *Roſſ.*

ritatis, & defenſionis; & tūc plus puniri debet, quam ipſe delinquens, ita dicit gloſſ. in clem. 1. in verbo, Defenſionis, de pęnis, & eſt communis concluſio, vt ait Dolenc. in repet. l. capitalium, §. famoſos, nu. 114. ff. de pænis. Et poteſt poni exemplum in prælato, qui diſſimulet aliquem concionatorem in ſua diæceſi falſa dogmata prædicantem: Itē in domino ciuitatis, aut villæ, qui non perſequatur latrones ſpoliantes, & occidentes eos, qui tranſeunt per ſuum territorium. Quod tamen intellige, vt procedat in ſimilibus grauioribus delictis: cetèrum in alijs minoribus criminibus, non maiori, ſed tantum pari pæna punitur. Et ita intelligunt communiter omnes, vt dicit Pract. Conradi, folio 332. num.8. Illud autem, quod dici ſolet, quòd Agentes, & conſentientes ſunt pari pæna puniendi, intelligendum eſt, quando conſenſum, & auxilium præſtiterunt ex propoſito ad committendum maleficium. Et ita dicunt omnes, ut atteſtatur Mantua conſ. 251. num. 24. lib. 1.

5 *Quæro, nunquid ex eo ſolo quòd quis delictum iam commiſſum ratificauerit, debeat puniri. Reſpon. Aliqui dicunt ſimpliciter, ꝙ ſic: & hanc opi. atteſtatur eſſe communem Bal. in l. obſeruare, §. proficiſci, nu. 9. ff. de offic. proconſ. licet ipſe validis rationibus videatur in contrariam ſententiam inclinare: & illum refert Auguſt. ad Angel. de malef. in verb. Et Sempronium, nu. 36. Tu verò diſtinguendo dic, quod quædam ſunt delicta, quæ ſolent committi principaliter propter libidinem ipſius delinquentis, vt eſt adulterium, ſtuprum, & huiuſmodi: Et in talibus delictis non habet locum ratihabitio, & in ſpecie in adulterio, quòd non poſſit ratum haberi, tenuit gl. in l. prima, §. deieciſſe, in verbo, Mandato, ff. de vi, & vi armata. Et ita communi conſenſu receptum eſſe ait Plaza libro 1. delictorum. c. 18. poſt num. 1. Quædam autem ſunt delicta, quæ principaliter cōmitti ſolent ad offenſam, & iniuriam alterius, vt eſt homicidium, & talia delicta poſſunt rata haberi per alium. Et hæc ſententia, eſt frequentius à Doctoribus recepta, vt dicit Plaza in loco præalleg. numero ſecundo, in fin. Sed certè ſi appareret adulterium commiſſum fuiſſe non propter libidinem adulterantis, ſed propter iniuriam mariti ad alterius inſtantiam, vtique dici poſſet geſtum nomine illius, & conſequenter poſſet ratum haberi. Scias autem quod ad hoc, vt ratificatio delicti obliget ad pænam, duo requiruntur: Primum, quod delictum fuerit commiſſum nomine meo; Secundum, quod ego ſciens illud commiſſum fuiſſe meo nomine illud tanquam meo nomine factum ratificem, ita dicit gloſſ. in d. §. deieciſſe, in verbo, Ratum habuero: & eſt communis ſententia, vt atteſtatur Aretin. conſilio 165. poſt num. 3. verſic. circa primum. Et quod requiratur delictum fuiſſe nomine meo commiſſum, tenuit gloſ. in clem. 1. in princip. in verbo, Rata. de pæn. quam ſequuntur communiter Doctores, vt dicit collegium Florent. inter conſilia Curt. Sen. conſil. 21. poſt numerum 6. Bene verum eſt, quòd in dubio ex eo, quod quis ratum habet aliquod delictum, cenſetur illud ratum habere, vt nomine ſuo geſtum. Et ita dicunt Doctores, vt ait Salycet. in l. non ideò minus poſt numerum 31. C. de accuſ. Et ſic opus eſt, quod ratum habens probet, quòd non fuerit geſtum nomine ſuo: quod nota.*

t *Quædam autem ſunt delicta.)* Supra quæſt.21. verſiculo, Dictum ſocij, ibi, aut vero agitur de delicto, quæſtione 47. verſiculo, ſed quid ſi vnus, vbi loquitur in propoſito adulterij, ſi committatur odio, vel amore, Marſil. Rubr. de fideiuſſ. numer. 48. & num. 152 cum ſeq. & in hoc propoſito, quid iudicandum ſit, habetur melius Ethic. lib.5. cap.9. Nam inquit, ſi coeat quis cum muliere ſciens cum qua, ſed non per electionis principium, ſed propter animi perturbationem, iniuriam quidem facit, ſed non eſt iniuſtus, & de ratificatione maleficij, ab ignorante prius facta, vide pulchrè Eric. libro 3. cap. 5.4. & octauo, Dec. & ibi in addit. littera B. in l. ſemper, qui non prohibet, numer. octauo, ff. de reg. iur. vbi mandās aliquem occidi, qui iam occiſus ſit, non tenetur. Nota etiam, quod ratificatio delicti, ſi appareat per inſtrumentum, probat modo, quo ſupra, q. 54. verſiculo primo, vide quæ dixi ſupra ad quæſt. 60. verſiculo fui quandoque, Menoch reſponſo in cauſa Ferrarienſi 2. numero 34. *Drog.*

u *Secundū quod ego.*]

16 Adde, † quod quis cenſetur delictum ratificare ex eo, quod commodum ad eum immediatè ex tali delicto peruenit, vt poſt Bartol. in l. aut facta, §. final. ff. de pęn. Paul. de Caſtro in conſ.423. col.3. libro primo, Aret. conſilio 193. col.6. Afflict. deciſione 82. nu 6. Crauet. conſil. 261. & Maſcardus de probationibus, concluſione 1225. numero decimo volumine tertio, & an
17 † poſſit ratificari factū, & non qualitas, Baldus in l. obſeruare, §. poſt hæc, numero quinto, de offic. proconſ.
18 Item adde, † quòd ratificatio fit nō ſolum expreſsè, ſed etiam tacitè, Grammat. conſilio decimotertio, numero tertio. Farinac. quæſt. 24. numer. 141. & ibi
19 quomodo, & † quando vniuerſitas dicatur ratificare delictū tacitè, & deciſion. Pedemont. 138. & Natt. conſilio 493. num. 13. vbi dicit, quod ratificatio delicti non valet facta per magnum feſtum.

20 Item adde, † ꝙ quis poteſt ratificare illud, ꝙ non nomine ſuo geſtum fuerit, ratificatione extra ordinaria, ita Purpura. in l. ſi eum ſeruum, numer. 11. ff. ſi certum petatur, & Deciſ. Pedemon. 138. numero 8. & ibi numer.
21 decimoſeptimo † habetur, quod ita ratificans, non tenetur in foro fori, ſecus in foro poli, ſed forſan poſſet dici, quod aliquali pœna eſſet puniendus ob malum exemplū, argumento, l. ſi quis aliquid, §. qui abortionis, ff. de pęnis, cum delectetur quod crimen eius nomine commiſſum fuerit, licet non ſit verum, & velit ſe facere delinquentem, vt in ſimili de eo,
22 † qui ſe iactando extraiudicialiter fatetur aliquod delictum feciſſe, ꝙ non fecit: nam de tali iactatione, & gloriatione debet puniri pœna arbitraria, vt per Marſilium, in l. de minore, num.32. ff de quæſt. & Menoch. de arbitr. iudic. caſu 331. & delictū quomodo cōſtare poſſit fuiſſe factum nomine alterius, Natta
23 conſ. 495. num. 14.

Item adde, † quod ratificatio delicti commiſſi de æquitate non debet puniri pæna ordinaria, ſed extraordinaria, ſecundum Couarr. in clemen. ſi furioſus, par. 2. §. 1. nu-
24 mero 5. & ibi ipſe etiam tenet, † quòd idem operatur ratificatio in crimine adulterij, ſtupri, & ſimilium, quòd in homicidio, & alijs delictis, ſi ad iniuriam inferendam, & non ad ſatisfaciendum
15 libidini committeretur, † & in hac materia ratificationis, vide omninò Carrer. in pract. c. crimi nal. §. circa, numer. 295. vbi ponit multas fallentias. *Baiard.*

x *Et eſt communis ſententia.*] Farinacius dicta quæſtione centeſima trigeſimaquinta, parte ſecunda, numero 85. *Roſſ.*

y *Benè verum eſt.*] Farinacius vbi ſupra, numero nonageſimoquarto. *Roſs.*

QVÆ-

QVÆST. LXXXVIII.

An aliquis ſit puniendus ex conſilio ad delinquendum alteri dato.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Conſilium dans alicui, vt delinquat, qua pęna ſit puniendus.*
2 *Exhortans aliquem ad delinquendum qua pæna puniri debeat.*

Ex Additionibus.

1 *Conſulens delictum quando puniatur. Et quomodo remiſſ. nu. eod.*
2 *Vxor conſulens amaſio, vt maritum interficeret, an puniendᵒ ſit vt homicida.*
3 *Conſulens delictum tenetur, nedum ſi is, cui conſuluit, offendit, ſed etiam quando ipſe, vel alius offenſus fuit.*
4 *Conſulens delictum quid debeat facere, antequam crimen ſequatur, vt euitet pænam. Conſulens debet probare, quod delinquens etiam ſine ſuo conſilio deliquiſſet, ibidem*
5 *Conſilium in dubio præſumitur bonum.*
6 *Conſulens non poteſt condemnari, ſi principalis fuerit abſolutus.*
7 *Conſilium, inſtigatio, inſtructio, quomodo differant.*
8 *Perſuaſio quid.*
9 *Quando quis teneatur ex conſilio.*
10 *Verba conſulentis in dubio ad bonum interpretantur.*
11 *Iudex non poteſt arbitrium ſuum extendere vſque ad mortem.*

QVÆST. LXXXVIII.

1 *Q Væro, a nunquid ille, qui conſilium dedit alicui, vt ſi delinqueret, debeat puniri eadem pœna, qua ipſe principalis delinquēs. Reſpond. Aut ille, cui conſilium dedit, non erat alias delictum ipſum commiſſurus, & tunc conſulens pari pęna cum delinquente punitur: Aut vero ille nihilominus, erat pratraturus delictum, & eo caſu conſulens non eſt pari pęna cum delinquente puniendus, ſed*

ADDITIONES,
Ad Quæſt. LXXXVIII.

a Q*Væro nunquid ille.*] Adde, quod pro malo conſilio etiam tenetur Doctor, omiſſa infraſcripta diſtinctione, vt eſt ſupra quæſtion. 55. verſ. Quomodo autem ad medium ibi, & propter hoc, Menoch. de arbitr. iudic. libro 2. centu. 4. caſ. 351. num. 18. *Drogh.*

Quæro nunquid ille.]
1 Adde, † quod conſulens in atrocioribus delictis indiſtinctè pari pœna puniatur, cap. felicis, de pænis in 6. & l. 1. eodem titul. Baldus in l. 1. Cod. de ſeru. fugitiu. & Dec. in l. conſilij, de reg. iur. Sed Felyn. in cap. 1. num 8. de offic. deleg & in cap. ſicut dignum, de homicid. & Couarr. in clem. 1. par. 2. §. 2 num. 1. verſic. quamobrem de homicid. tenet contrarium, videlicet, quòd iudicis arbitrio puniatur, quos refert, & ſequitur Menoch. de arbitr. iudic. caſu 311. numero vigeſimoquarto, vbi declarat Dec. in dicta lege conſilij, & alios idem tenentes, & quæ requirantur ad hoc, vt conſilium ſit punibile, & quibus pœnis puniantur conſulētes, Me-
2 noch. in dicto caſu 351. vbi plenè, & † de vxore conſulente amaſio, vt maritum interficeret, ſi eum interfecit, an debeant ſicut homicida eadem puniri pœna, Boer. in deciſion. 262. per totam.
3 Item † adde, quod ne dum conſulens tenetur, quando ille, qui conſuluit, offendit, ſed etiam quando ipſe fuit offenſus, vel alius, ita Boer. in d. deciſ. 262. nu. 6.
5 Item adde, quod volens euitare pænam mali conſilij, nondum adimpleti, non ſolum tenetur reuocare conſilium, & diſſuadere ne id fiat, ſed etiam notificare ei, contra quem dirigitur, vt caueat, dum tamen perſona non nominetur, vt euitentur ſcandala, ſecundum Baldum in l. mādatum in fine, ver. ſed hic incidenter, C. mand. ſed ſecus eſt in mandante, quia ſufficit quod mandatario notificet ante mandatum executum, quòd non exequatur, ita tradit Boer. in dicta deciſione 262. numer. 11. & 12.

Item adde, quòd in dubio præſumitur, quod principalis motus ſit ex conſilio, ſiue quo non fuiſſet patraturus delictum, & ideò ſi conſulens vult ſe excuſare, opus eſt, vt ex coniecturis probet malum animum principalis, & quod etiam abſque conſilio fuiſſet facturus, vt not. Baldus in lege prima, col. 4. C. de ſeru. fugit. Felin. in cap. ſicut dignum, numero duodecimo de homicid, & Alex. conſ. 103. num. 7. volum. 1. Theg. part. 11. nu.
5 27. & ſeq. & ibi nu. 27. & 30. † dicit, quòd in dubio interpretandum eſt, quod bonum ſit conſilium, & conſulens non teneatur, & quando præſumatur, quod alias erat facturus, Iacob. de S. Georg. in d. l. 1. C. de ſeru. fugit. nu. 5.

6 Item † adde, quod conſulens non poteſt condēnari, ſi principalis fuit abſolutus, Innoc. in c. ſicut dignum, de homic. multaque alia vide per Theg. in d. par. 11.
7 Item † adde, quod inter ſe differunt conſilium, inſtigatio, et inſtructio, vt per Bart. in l. non ſolum, §. ſi mandato, ff. de iniur.
8 Item † adde, quod de perſuaſione, & conſilio pulchrè diſcutitur per Rimin. iun. in conſ. 310. vol.3. *Baiar.*

Quæro nunquid ille, qui conſilium dedit.] Adde, quot modis, & qualiter dicatur præſtari conſilium, & aliqua de concernentibus conſilium. Item de exceſſibus conſilijs, & de pœna conſulentis de maleficio, de omnibus plenè vide per Carer. in pract. crimin. pagina 332. cum pluribus ſequentibus. Adde fuſius conſilium malum delinquenti præbens, qua pœna puniatur, cū ſuis requiſitis, & extenſionibus, atque declarationibus, vt per Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 4. caſ 351. vide per Angelū de Aret. §. in fraudem, num.7. inſtit. in quibus ex cau. manumi. nō licet, vbi etiam dicit, quod ad hoc, vt quis teneatur ex conſilio,
9 † opus eſt, vt articuletur, quod Titius dictum maleficium ſine dicto conſilio non commiſiſſet. Item nota, quod conſulens maleficium ei, qui alias illud facturus erat de maleficio in totum non tenetur, ſed mitius punitur, niſi in delictis atrocioribus, veluti læſæ maieſtatis, venerationis, proditionis, & ſimilium. Ita per Matth. in libro communium opinionum diuerſorum, folio mihi 343. verſiculo conſuetudo. Sed quādo præſumatur, quod erat alias facturus, vide per Iacob. de Sancto Georgio, in lege prima, C. de ſeru. fugit. poſt numerum quintum. Item quomodo cognoſcatur, quod mandatarius erat alias facturus, vide per eundem Iacob. in lege prima, ff. de eo, per quem fact. erit numero decimo. Item conſulens delictum committi tenetur, ſi delinquens non eſt ſoluendo, per Iaſ. in l. ex hoc edicto, numero ſecundo, ff. de eodem, per quem fact. erit. Item vide per Dec. in capitulo quia quæſitum, de offic. deleg. Et adde, ꝙ
10 in dubio verba † conſulentis ſemper ad bonum interpretari debent, vt conſulens non teneatur, per Dec. ſuo conſilio 189. columna ſecunda, numero mihi 5. Item conſilium an, & quādo obliget. vide per Angelum de Aretin. in §. 2. inſtitut. de mandat. *Giach.*

Quæro nun quid ille. Conſilium, & auxilium dare, & mandatum dare, quomodo differant, Farinacius quæſtione 129. parte 1. vol. 5. & part. 2. numero 26. ponit hęc nomina perſuaſio, inſtigatio, hortatio, incitatio, & inſtructio confundi; fautores autem, conſcij, complices, & conſortes, qui ſint ibi, num. 41. 54. & ſeq. & in hac re videas Bald. conſilio 382. libro quinto. Et oſtendens vtilitatem dicitur etiam conſulere, Cæpol. cōſil. 27. nu. 4. in criminalib Carp. in c. homicida, num. 1409. Menoch.

noch.caſu 351. Farin.d.q. 129.p.2.n.23.& ſeq.& p. 3.nu.107.& ſeqq. *Roſſ.*

b *Mitiori.*] Adde Roch. Cur. in repet.c.ſi.de conſuet. verſ. contra tamen, vbi dicit hoc ſingulare pro amico liberando à pęna mortis. Ex quo infer-
11 tur, quod iudex arbitriū ſuum extendere vſque ad mortem, & ſic limitatur gloſſ.in §.ſumma inſtitut. de iniur. *Baiar.*

c *Hoc autem.*] Decia. in tract.crim. tom.2.libr. 9.c.vlt.& c.31.nu.5.Farinac.d.q.129.par.2.nu.26. vbi de tractantib. & participib. & reſpectu torturæ hanc opinionem ibidem, numero 69. & 70. reprobat. *Roſſ.*

d *Huiuſmodi exhortationes.*] Adde tamen, quod hortari ad maleficium eſt quid diuerſum à mandato; pro quo vide Menoch.tract.de arb.iud. centur. quarta, caſu 251. ſub numero decimonono. *Drogh.*

mitiori. [b] *Et hæc eſt communis opin. vt dicunt ſcribentes in c. 1. de offic. deleg. & in ſpecie Imola, num. 9. & Fel. nu. 8. & Dec. num. 9. prout illum refert Hipp. Rim. inter conſilia criminalia diuerſorum, conſ. 105. num. 43. lib. 1. Berbe. in Viatorio Iuris in rub. de homicid. col. 6. verſ. ſupereſt videre. Felin. in cap. ſicut dignum, num. 7. de homic. Dec. in l. conſilij, nu. 4. ff. de reg. iur. quem refert Practic. Conradi fol. 331. poſt numerū 1. Cagnol. in d.l. conſilij, num. 6. Carer. in pract. criminal. fol. 343. nu. 163. Berous in d. cap. 1. num. 85. vbi dicit, quòd hæc eſt communis opin. Legiſt. & Canoniſt. Dida. in repet. clem. ſi furioſus, fol. 291. col. 2. in fin. & in repe. cap. peccatum, fol. 291. Bolen. in repet. l. capitalium, §. famoſos, num. 94. & ſeq. ff. de pęn. Duennas reg. 149. Plaza, libro 1. delict. cap. 17. numero 1. & 7. & in fin. Boer. deciſ. 262. poſt num. 2. Boſſ. in tit. de mand. ad homic. nu. 59. Taeg. in pract. crim. cap. 11. num. 7.*

2 *Hoc* [c] *autem, quòd dictum eſt in conſulente, locum habet etiam in exhortante: nam exhortans aliquem, vt committat delictum, tenetur & ipſe, ſi ille alias non fuiſſet cōmiſſurus: ſi verò fuiſſe alias commiſſurus, non tenetur. Et ita tenent communiter DD. vt dicit Alberic. in l. ob hæc verba, in fi. ff. de ijs, qui no. infa. Senatus tamē ſolet huiuſmodi* [d] *exhortratores, ſeu perſuaſores delictor. prius torquere ſuper mādato, & vbi negent mandatum dediſſe, illos puniri extra ordinem. Et ita ſeruatum fuit in quidam Ambroſina Monina, quæ perſuaſerat adultero, vt virum ſuum interficeret, nam prius torta ſupra mandato, cum nihil faſſa fuiſſet, iuſſa fuſtigari, 30. Ian. 1548. P. N.*

QVÆST. LXXXIX.

An aliquis ſit puniendus ex mandato.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Mandans fieri delictum, an puniatur eadem pœna qua principalis delinquens.*
2 *Statutum puniens committentem delictum, an habeat locū in eo, qui mandauit illud committi.*
3 *Mandans committi homicidium, tenetur de homicidio propter mandatum, non autem ex mandato.*
4 *Mandans an debeat puniri in loco dati mandati, vel in loco patrati delicti.*
5 *Mandans vulnerari, ſi ſequatur mors, an teneatur de homicidio.*
6 *Si dominus dicat famulo, Vade, & non reuertaris, donec ſētiam nouam de tali, &c. an præſumatur mandatum, ſi famulus illum occiderit.*
7 *Si dominus poſt acceptam iniuriam loquatur alicui ad aurē, ſi ille poſtea iniuriantem interfecerit, an præſumatur mandatum.*

Ex Additionibus.

1 *Mandans an puniatur eadem pœna, qua mandatarius, remiſſiuè.*
2 *Mandans quando pœna extraordinaria ſit puniendus, remiſſiuè.*
3 *Mandatum quibus verbis inducatur, conſilium, inflammatio & inſtigatio, remiſſiuè.*
4 *Conſulens, vel perſuadens, aut inflammans ad ſui ipſius cōmodum an dicatur mandare, & teneatur pœna ſtatuti, remiſſiuè.*
5 *Mandati verba ſunt probanda.*
Capite, vel humeris annuere importat concluſum.
6 *Mandans alicui, vt homicidium faceret, ſi ille alteri mandauit, an omnes teneantur eadem pœna.*
7 *Mandans in grauibus delictis ex ſimplici mandato, nullo effectu ſecuto extraordinariè punitur, etiam, quod ad aliquem actum deuentum non fuerit.*
Et quid mandatarius non acceptauerit.
8 *Bal. in l. non ideò minus, C. de accuſ. declaratur.*
9 *Attentatio quælibet, ſiue actus, qui tendit ad delinquendum eſt punibilis, dummodo non ſit in leuibus delictis.*
10 *Attentans corrumpere iudicem punitur, etiam quod Iudex non conſenſerit.*
11 *Mandatarius, qui non acceptauit mandatum, fecit indicium ad torturam contra mandantem, concurrente aliqua præſumptione.*
12 *Conſuetudo generalis, quod nō punitur affectus, niſi ſecuto effectu, intelligitur quoad pænam ordinariam, & non extraordinariam.*
Delictum attentatum, & perfectum, an & quando æquò puniantur remiſſ.
13 *Mandatarius ex ſola mandati ſuſceptione, ſi delictū eſt atrox, punitur etiam quòd mandatum non habuerit effectum, quia ſibi reuocatum fuit.*
14 *Mandatarius, qui mandatum ſuſceperit, quibus excuſari poſſit remiſſiuè.*
Mandans fieri homicidium an capite puniatur ex ſtatuto imponente pænam mortis pro homicidio, vbi aliud ſtatutum prohibeat corporaliter puniri niſi iure municipali caueatur remiſſ.
Statutum puniens delinquentem pæna odioſa, & exorbitanti, comprehendit etiam mandantem fieri delictum.
*14 *Mandans, & mandatarius in quo differant.*
*14 *Nuntius portans litteras ad aliquem occidendum quando de homicidio tendatur.*
15 *Mandans ad teneatur, ſi mādatarius exceſſerit fines mādati.*
16 *Et quid ſi exceſſerit præſente, & abſente, mandante, & non contradicente.*
17 *Mandans vulnerari, quando non teneatur morte ſecuta, remiſſiue.*
Et quid ſi expreſsè mandaſſet, ne interficere, ibid.
18 *Et quid ſi mandauerit mulierem rapi, & in raptu fuerit interfecta.*
19 *Offenſus cum baculo, ſi fratrem rogauit, vt ſuam iniuriam vlciſceretur, qui poſtea offenſorem interfecit, an de homicidio tenetur.*
20 *Et quid de domino dicente prædicta verba famulo ſuo, qui fuerit verberatus.*
21 *Mandatum de occidendo an probetur per illa verba* dà, dà *al traditore, ſecuto homicidio Rim. iun. taxatur ibi.*
Et quid ſi dixerit alicui, Ioſtò di mala voglia, perche vorrei, che il tale mi foſſe leuato dinãzi à gli occhi, & foſſe morto, *& poſt paucos dies fuit interfectus ab eo, cui dicta verba fuerunt dicta.*
Et quid ſi poſt homicidium eodem dediſſet pecuniam, vt aufugeret, ibidem.

Bart.

23 *Bart. in l. ſi quis §. ſed ſi mandauerit, ff. de acquiren. hær. declaratur.*
24 *Iudex dicens nuncio virtute officij,* dagli, *an cenſeatur mādaſſe de occidendo, remiſſiuè.*
25 *Mandatum an præſumatur, ſi conſanguinei alicuius offenſi ad illius præſentiam offendentem vulnerauerint.*
26 *Mandatum homicidij quomodo probetur.*
Et an ex eo quod quis capite annuerit ad malefactorem. ibidem
27 *Et an per allocutionem ad aures.*

ADDITIONES
Ad Quæſt. LXXXIX.

Succeſſiuè quæro.) Adde, atque fuſius declaratum uide per Menoch. de arb. iud. libro ſecundo cent. 4. caſ. 352. vbi quando, & qua pœna mandans perpetrari delictum punietur, declaratum habes. Et quid ſi, uel iure communi, uel municipali certa pœna non ei, ſed ſolum mandatario eſt indicta, late, & diligenter explicatum vid. per eundem caſ. ſequent. Et de 17. cauſis excuſantibus mandantem, vi. plene per Carer. in practic. criminal. §. homicid. 5. a numero 22. vſque ad 95. *Giach.*

a *Succeſſiuè quæro, nunquid.*) Statutum diſponens per uerba in rem concepta, puta pro homicidio, uel pro furto ſit pæna mortis; tunc etiam mandans tenebitur ea pœna: ſed ſi in perſonam loqueretur, puta ſi homicidium commiſerit, tunc mandans propriè non videtur feciſſe homicidium, & ſic non puniretur pæna ordinaria, qua puniretur mandatarius, ſed alia mitiore, Bart. in l. aut qui aliter, §. fin numero 3. ff. quod vi, aut clam, Dec. in l. is damnum dat, numero tertio & ſeq. ff. reg. iur. *Guiot.*

Succeſſiuè quæro.) De materia hac Decia. in tractat. crim. tom. 2. lib. 9. ca. 31. & ſeqq. vſq; ad 41. Menoc. de arb. iud. caſ. 471. Vulpel. in tract. aduerbiorum, ſeu propoſitionum num. 9. & 10. Tægius in ſua praxi, ca. 10. nu. 23. Farin. titul. de inquiſit. q. 3. vol. 1. & latius, q. 134. cap. 1. volum 5. & cap. 2. & 3. item q. 135. p. 1. & 4. & ſeqq. *Roſ.*

Succeſſiue quæro.) Adde † in hac materia, an mandans fie-
1 ri delictum puniri poſſit eadem pœna, qua punitur ille, qui
propriis manibus deliquit, Menoch. de arbit. iudic. 353. & in
2 caſu præcedenti 352. habetur, quando † mandans pœna extra-
3 ordinaria ſit puniendus, & † mandatum quibus verbis inducatur, Maſcard. de probat. in concluſion. 1012. Ang. conſilio 22. incip. pro deciſione. Corn. conſilio 57. uolumine quarto, Ruin. conſilio ſexto volum. quinto. Decian. in tractat. crim. libro nono capitulo 24. per totum, ubi latiſſimè, Bero. conſilio 175. numero 28. uolumine tertio & Burſ. conſilio 192. numer. 26. in
4 quibus locis habetur, † quibus uerbis fiat mandatum, conſiliū inflammatio, & inſtigatio; uide etiam Berta. conſil. 356. vbi conſuluit, an perſuadens, & inflammans ad ſui ipſius commodum, dicatur mandare, teneaturque ſtatuto de mandato, & annuere capite, uel his modis an importet conſenſum, uel mandatum, Bald. in conſilio 256. volum. 2. ubi dicit, quòd importat conſenſum.

QVÆST. LXXXIX.

Succeſſiuèque ro, nunquid mandans [a] *fieri delictum debeat puniri eadem pęna, qua punitur ille, qui maleficium proprijs manib. committit. Reſp. In hoc articulo magna fuit aliquando controuerſia inter ſcribentes: nam aliqui dixerunt, quod aut mandatarius erat alias facturus delictum, & eo caſu mandans non tenetur: aut vero non erat aliàs facturus, & tenetur. Sed certè hæc diſtinctio communiter reprobatur, vt dicit Iaſ. in l. 1. poſt num. 22. C. de ſer. fug. nam quando mandatum cadit in delictum, non eſt adhibenda diſtinctio, an mandatarius eſſet facturus, vel non, vt dicit gl. approbata in l. 1. §. perſuadere, in glo. magna, ff. de ſeruo corrup. & eſt communis regula, vt ait Gomeſ. in §. pęnales poſt num. 10. Inſt. de actionib. Et ideo Bar. in l. non ſolum, §. ſi mandato, nu. 19. ff. de iniur. tenuit indiſtinctè, quod mandans puniatur eadem pœna, qua puniendus eſt mandatarius ipſe qui delictum commiſit. Et illa doctrina Bart. eſt cōiter approbata, vt dicit Curt. Iun. conſ. 237. nu. 5. Cotta in verbo, Mandans homicidium. Hāc etiam opi. dicit eſſe communem Gand. de malef. in tit. de tranſac. & in titul. de pęnis, prout illum refert Pract. Carer. fol. 331. poſt numer. 123. verſ. ſequitur etiam, & quinto, Iaſ in l. ſi quis mihi bona, §. ſed quid ſi mandauit, nu. 16. ff. de acq. hæred. & in d. l. 1. num. 22. C. de ſer. fug. quem refert Pract. Carer. fol. 310. n. 75. & Dida. in repet. clem. ſi furioſus, fol. 291. verſ. hæc vero diſtinctio. & Practica*

5 Item adde, † quod mandati uerba ſunt prpbanda, Franc. Marſ. deciſ. 413. numer. 10. & 23. par. 1. & Burſat. conſilio 20. mum. 5.

6 Item adde, † ſi ego mandaui alicui, ut faceret homicidium, & ille mandauit alteri, quòd omnes tenentur eadem pęna, ſecundum Bald. in l. 1. §. nec autem, C. de caduc. tollen. & Petr. à Plaz. in epit. delict. ca. 15. num. 8. & ſimiliter mandatarius portans litteras ſcienter de homicidio tenetur ſecuto delicto, Carer. in §. homicidium el quinto numero 98.

5 Item Adde, † quod mandans in atrocibus delictis ex ſolo, & ſimplici mandato, etiam non ſecuto effectu, extraordinariè punitur, Bart. in l. non ſolum, §. ſi mandato, ff. de iniura. Menoch. de arbit. iud. caſu 352. num. 9. & Farin. in quæſtione 3. numero octauo licet nō fuerit deuentum ad aliquem actum, ut per Carer. in pract. §. 5. num. 81. cū ſeq. & Couar. in Clem. ſi furioſus in initio par. 2. numero 9. uerſ. 6. ubi ipſe quoque concludit, ſolū mandatum in atrocib. ar-
8 bitrio iudicis eſſe puniendum, & ibi † declaratur Bald. in l. non ideo minus, numer. ſeptimo. C. de accuſat. ſentiens ad huic in grauibus mandatum non puniri, niſi proceſſum ſit ad aliquem actum ordinatum in ipſam mandati executionem, ut intelligatur de pęna ordinaria; quia regulam habemus affirmatiuam, quod † quælibet attentatio, ſiue actus, qui tendit ad delinquendum, eſt punibilis, non tamen in leuibus delictis. Menoch. de arbitr. iud. caſu 360. numero 86. & hoc procedit, etiam mandatarius recuſaret, cum mandatum ſit ex ſe delictum perfectum, ſcilicet in atrocibus delictis, quia mandans fecit, quantum in eo fuit; ut per Menoch.
10 de arbitr. iudic. caſu 360. numero 44. ut in ſimili † de attentante corrumpere iudicem, qui pæna extraordinaria punitur, licet iudex non conſenſerit, idem Menoch. caſu 343. numero 16. & ſi conſenſus mandatarii requireretur ad hoc, ut mandatum eſſet delictum punibile, fruſtra Doctores dixiſſent, quòd
11 † mandatarius, qui non acceptauit mandatum, facit indicium contra mandantem, etiam ad torturam, ex quo ſumus in his quæ communiter fiunt ſecretò. Bald. conſilio 429. volum tertio Marſ. conſilio 22. numero 28. & Boſſ. in titul. de indiciis, numero 154. concurrente tamen aliqua præſumptione, uel ſaltem ſuſpicione, ut per Clar. quæſtione 21. uerſiculo ex hac
13 concluſione. Nec obſtat † illa generalis conſuetudo, quod non punitur affectus, niſi ſit ſecutus effectus; quia procedit quò ad pęnam ordinariam, non autem quo ad extraordinariam, quæ per dictam conſuetudinem non cenſetur abrogata, ut per Couarruu. in d. Clement. ſi furioſus in initio parte ſecunda numero ſexto uerſiculo tertio eſt omnino conſiderandum

dum